Q U A R A N T E N A, i.Palaestina (Samaria,inter Galgala & Jericho) conv.eremiticus Fr.O.Carm.,prope fontem S.Elisai,fundat.probab. ineunte saec.XIII (post a.1210),subjectus conventui Montis Carmeli;periit vers.1237,destructus a Saracenis.

Lezana,Annales,IV.187; - Mon.hist.Carm.293/4;

Q U E E N S F E R R Y,vel "St.Margaret's Ferry", i.Scotia (Fife,dioec.Edinburgh) conv.Fr.O.Carm.(prov.Scotiae),fundat.a.1330 a quodam Laird of Dundas;periit tempore "reformationis",vers.1564.

White Friars,471/2,486;

Q U E R C I O L A, al. Q U E R I C O L A, i.Italia sup.(Toscana,prov.& dioec.Firenze) conv.Fr.O.Carm.(prov.Tusciae), fundat.... (post 1500) suppressus a.1652 decreto Innocentii X.

Bull.Carm.,II.710;

Q U E R É T A R O, i.America centr.(Mexico) I.conv.Fr.C.D.(prov.Mexican.),tit.S.Teresiae;fundat.27.X.1614 (al.1601);reconstructus a.1717 impensis marchionissae D.de Selva Nevada;suppressus a.1861,sed paulo post recuperatus;a.1912 instituitur ibi Novitiatus (Rescr.S.C.jan.1912).

Diccion.Univ.Hist.& Geogr.(1854),App.VIII.513/6; - Cuevas,Hist.d.Igles.en Mexico.(1924),III.317,318; II.monast.Mon.C.D.,tit.Jesu;fundat.14.IV.1803 (al.1708),e monast. S.Teresa la Antigua de Mexico,ab Archiepo.Mexicano;derelictum, tempore revolutionis,a.1914,ac translatum a.1916 in civitatem Grand Rapids.

Q U E R F U R T, / Quernofurtum,Quifrondiensis /
i.Germania (Thüringen,dioec.Halberstadt)
conv.Fr.O.Carm.(prov.Saxoniae),fundat.a.incerto (saec.XV.),certe exstitit a.1440,quo unitus fuit novae prov.Saxoniae;interiit tempore "reformationis"lutheranae,a.1539 a Fratribus derelictus transiit in possessionem magistratus;a.1619 ecclesia fuit incendio destructa,et post 1679 conv. fuit demolitus,eiusque loco constructa schola publica.

Martini,Deutsch.Karm.,I.680/82; - Act.Cap.Gen.,I.191;

Q U I L O N, / Quilonensis /,i.India Or.,Travancore
Missio Carm.Disc. A.1838,Gregorius XVI.,Constitut."Multa praeclare subtraxit territorium situm inter Cap Comorin et flumen Rané, inter Oceanum Indicum et montes Ghattes,e jurisdictione dioec. Coccinensis (ad quam pertinuerat ab a.1558) ac posuit sub jurisd. Vicarii Ap. Malabarium;Decreto S.C.de Propag.F.,12.V.1845,territorium istud constituitur in proprium Vicariatum Ap. de Quilon, quae separatio confirmatur 15.III.1853,ac traditur Carmelitis Disc.;Bulla 1.IX.1886 erigitur in dioecesim;Decreto S.C.de Prop. F.,4.XI.1903,concreditur haec Missio provinciae Flandriae;a.1930 dismembratur e dioec.Quilonensi dioec.de Kottar (a meridie), concredita clero indigenae;a.1937 e dioec.Quilonensi sejungitur nova dioec."Trivandrensis Latinorum",quae Carmelitis Disc. concreditur,dioec.vero Quilonensis clero indigenae committitur.

Series Praesulum Vicariatus Ap. resp.Dioecesis Quilonensis
ex Ordine Carm.Disc.

1)Bernardinus a S.Teresia (Baccinelli),Pro-Vic.Ap.,Episc.tit. Heracleen.(1845/53)
2)Bernardinus a S.Agnete (Pontanova),Vic.Ap. & Ep.tit.Tanen.(+1853
3)Mauritius a S.Alberto (Luciano),Pro-Vic.Ap.,non resedit;(+1854)
4)Carolus Hyacinthus a S.Elia (Valerga),Pro-Vic.Ap. 1854, Vic.Ap. & Ep.tit.Miriophyten.(1859/64)

Q U I L O N (contin.)

5)Maria-Ephrem a S.Corde Jesu (Garrelon),Vic.Ap. & Ep.tit.Nemesin. (1866/77)

6)Ildephonsus a S.Joanne Bapt.(Borgna),Vic.Ap. & Ep.tit. Amyzoneh. (1871/83)

7)Ferdinandus a S.Maria (Ossi),Administr.Ap. & Ep.tit.Maximianopolitan.(1883/86),primus Episc.Quilonen.(1886-1905)

8)Aloysius a S.Maria (Benziger),Ep.Quilonen.(1905/31)

9)Vincentius a S.Teresia a Jesu (Dereere),ultimus Episc.Quilonen. (1936/37)

AG.439,d: relatio hist.& statist.de Vic.Ap.Quilonen.

Il Carm.,XXII (1923),301/03;1937,p.243;

II. Seminarium Majus ,in civit.Quilon,erectum a.1860 a Vic.Ap. Quilonensi,D.Fr.Carolo Hyacintho Valerga,C.D.,pro formatione cleri indigenae,in loco Mulagamudu (sub nomine"conventus S.Joseph") translatum a.1864 in locum Tangasserry-Quilon,a Vic.Ap.Maria-Ephrem;a.1870 unitum cum illo fundato pro tribu Vellalas,in Trivandrum,et ab hoc tempore vocatur "Seminarium";ab a.1881 vocatur "Seminarium S.Teresiae";a.1908 fuit clausum,deficientibus missionariis,sed a.1911 denuo apertum;a.1914/16 fabricatur novum Seminarium;translatum,a.1916,in aliam regionem,declaratur Decreto S.C.de Propag.F.,1.VII.1937,"Seminarium regionale pro dioecesibus Quilon,Kottar,Trivandrum",sub directione Carm.Disc.

Messager,IX.(1927/8),150/52; - Il Carm.,1939,p.345;

III.conv.Fr.C.D.(Miss.Quilonen.),fundat.a.1882 (facult.apost. 11.V.1882),ut conv.Novitiatus.

Reg.Rescr.XXIII.230/1 (1882)

Q U I N T I N, / S.Quintini,Quintinum,Quintiniensis /

i.Gallia (Bretagne,dép.Côtes-du-Nord,dioec.Saint-Brieue)

conv.Fr.O.Carm.(prov.Turoniae),fundat.a.1620;suppressus a.1792.

Calahorra,Compend.,120; - Anal.O.Carm.,I.328;

Q U I T O, i.America merid.(Ecuador,dioec.Quito)

I.monast.Mon.C.D.,tit.S.Joseph;vulgo "Carmen Alto"; fundat.4.II.1654 e monast.S.Teresa (Lima);est ab a.1927 in unione prov.Burgensis.

Hernaez,Coleccion de Bulas...I.545,546;

Juan de la Cruz,Monogr.del conv.de Trujillo.,p.15;

II.monast.Mon.C.D.,tit.SS.Trinitatis,vulgo "Carmen Moderno"; fundat.a.1661 (vel 1669) ab Epo.Quitensi,D.Augustin de Ugarte y Sarabia,in oppido Latacunga;unde,post destructionem monasterii a.1698,Moniales redierunt a.1708 in civit.Quito,exstruentes nov.monast. SS.Trinitatis;est ab a.1927 in unione prov.Burgensis.

Memorie,68;

III.conv.Fr.C.D.,fundat.15.VI.1689,sed derelictus a.1691; alter conv.Fr.C.D. (prov.Burgensis),tit.S.Teresiae a J.Inf., fundat.ibi fuit 16.X.1929;nov.conv.cum eccl.inauguratur 19.III. 1935.

Silverio,Carm.Desc.,XI.25; - El M.Carm.,1935,p.281/2;

R A A B, hung. Györ, i.Hungaria, vide: Györ

R A B A S T E N S -de-Bigorre, / Rapistanum /
i.Gallia (dép.Hautes-Pyrénées,dioec.Tarbes)
conv.Fr.O.Carm.(prov.Vasconiae),fundat..... (saec.XV),certe exstitit iam ante a.1498,quo memoratur i.Act.Cap.Gen. quidam Paschasius de Insula,huius conv.filius;periit suppressione tempore perturbat.gallicae,a.1792.

Act.Cap.Gen.,I.3o9,n.8; - Anal.O.Carm.,I.327;

R A B A S T E N S - sur- Tarn, i.Gallia (dép.Tarn,dioec.Albi)
monast.Mon.C.D.,tit.S.Joseph; fundat..... (saec.XIX vel XX) actu existit,sub jurisd.Ordinarii.

Nov.Cat.

R A C C O N I G I, / Raconisium /
i.Italia sup. (Piemonte,prov.Cuneo,dioec.Torino)
conv.Fr.O.Carm.(prov.Pedemontis),fundat.a.1487,vel a.1494,quo Carmelitae de Moncalieri fabricaverunt conv. et ecclesiam;a.1671 aggregatus prov.Pedemontis,cum usque eo esset prov.Lombardiae; suppressus ac alienatus,una cum ecclesia,a.18o2;postea demolitus.

Lezana,Annales,IV.966/7; - Ventimiglia,Carm.Ital.,48; - Il M.Carm.,I.(1915),3o6/12;

R A C C U I A, vel Raccuglia, / Raccudia /
i.Sicilia (prov.Messina,dioec.Patti)
conv.Fr.O.Carm.(prov.S.Alberti),fundat.a.16o4;periit suppressione saec.XIX.

Perez,ms.f.168; - Ventimiglia,Carm.Ital.,4;

R A C K O N I T Z, bohem.Rakovnik, /Raconicum,Raconicensis / i.Bohemia sept.
conv.Fr.O.Carm.(prov.German.sup.),fundat.a.1669;derelictus,ob nimiam paupertatem,a.xx 17o6.
Martini,Deutsch.Karm.,II.561;

R A D O M E L, vel Radomysl (?), / Radomlensis /, i.Polonia
conv.Fr.O.Carm.(prov.Lituano-Ruthenae), fundat..... (saec.XVIII) aggregatus a.1754 prov.Lituano-Ruthenae;periit suppressione saec.XIX.
Anal.O.Carm.,I.545;

R A F F A D A L I, i.Sicilia (prov.& dioec.Agrigento)
conv.Fr.O.Carm.(prov.S.Angeli),fundat.vers.1563;suppressus a. 1652 decreto Innocentii X.
Perez,ms.f.141; - Bull.Carm.,II.71o;

R A G U S A, / Ragusia,antiqu.Hybla Heraea /
i.Sicilia (prov.Ragusa,dioec.Siracusa)
I.conv.Fr.O.Carm.(prov.S.Alberti),fundat.a.1582;periit suppression saec.XIX.
Ventimiglia,Carm.Ital.,4;
II.monast.Mon.C.D.,sub jurisd,Definit.Gen.;
fundat. resp. can.erect.a.1911 (Resc.S.C.pro erect.can.21.VIII. 1911);nov.monast. cum eccl. erectum fuit a.1934/5;
Reg.Rescr.XXVII.48o/1 (1911); - Il Carm.,1934,p.269;

R A I D I S.P A O L O, / Raium /
i.Italia sup. (prov.Treviso,dioec.Ceneda)
conv.Fr.O.Carm.(Congr.Mantuan.),fundat.a.1567 a comite Rambaldo Collalto,nob.Veneto;in Prioratum erectus a.159o;suppressus esse videtur a.1769,cum a.1764 adhuc existebat.
Vaghi,Comment.,362; - Anal.O.Carm.,I.254;

R A N D A Z Z O, / Randatium,Tissa,Trinacia /
i.Sicilia (prov.Catania)
conv.Fr.O.Carm.(prov.S.Alberti),fundat.a.1380,extra sed prope civitatem;translat. esse videtur intra civitatem a.1456;periit suppressione saec.XIX.
Lezana,Annales,IV.706; - Perez,ms.f.102; - Ventimiglia,Carm.Ital.,3;

R A N E L A G H - Dublin, vide : Dublin

R A P A L L O, / Rapallum /
i.Italia sup.(Liguria,prov.Genova,dioec.Chiavari)
domus princeps Soror.III.Ord.C.D. de Rapallo, fundat.a.1921 e domo III.Ord.de Genova;erecta in Congregat. et aggregata Ordini Carm.Disc.23.XII.1929;Finis Instituti:assistentia infirmorum in proprio domicilio;habet actu 6 domus.

R A S T E N B U R G, i.Germania (Ost-Preussen,Barten)
conv.Fr.O.Carm.(prov.Poloniae,ab a.1513),fundat.vers.1455 a Rege Casimiro;periit tempore "reformationis" lutheranae,propter bella et haeresim.
Lezana,Annales,IV.887; - Anal.O.Carm.,I.482,510;

R A T H M U L L E N, vel Rathmullin, / Molendinum ? /
i.Hibernia (co.Donegal,barony Kilmacrennan)
conv.Fr.O.Carm.(prov.Hibern.),fundat.saec.XV. (NB.si Rathmullen est idem ac "Molendinum",vel "Villa Molendina",conv.iste fundat. fuit vers.1459,pro qua fundat. data est facult.apost.16.II.1459) a familia Mc Swiney Fannagh;a.1587 fuit a militibus anglis depraedatus;ab a.1737 est denuo in manibus Carm;sed ab a.1819 non amplius apparet;aedificia eccl. et conv. adhuc supersunt.
Rushe,A second Thebaid.240/1; - White Friars,392/3,405/9,435
Bull.Carm.I.603/4;

R A V E N N A , / Ravenna /,i.Italia sup.(prov.& dioec.Ravenna) I.conv.Fr.O.Carm.(prov.Romandiolae),tit.S.Lorenzo in Cesarea; fundat.a.14o8 apud templum S.Joannis Bapt.;a.1548 instituitur ibi Studium;suppressus a.1797;resuscitatus a.1928 (Rescr.S.C. 14.V.1928),pertinet ad prov.Tusciae.

Lezana,Annales,IV.766; - Ventimiglia,Carm.Ital.,37; - Anal.O.Carm.,VI.476; - Il M.Carm.,XIV.(1928),163/5;

R A V E N S B U R G, / Ravensburgum / i.Germania (Württemberg,prope lacum Constantiense) conv.Fr.O.Carm.(prov.German.sup.),fundat.a.1349 e conv.Dinkelsbühl;a.1529 datur Protestantibus licentia exercendi cultum sacr. in ecclesia Carmelitarum,et a.1544 Religiosi expelluntur e conv., sed a.1548 (al.1628)illis restituitur;suppressus fuit a.18o2, tempore saecularizationis,ac Ordini Teutonico traditus;ab a.1869 conv. est sedes tribunalis.

Lezana,Annales,IV.611; - Martini,Deutsch.Karm.,II.352/6;

R A V E N S T E I N, / Ravenstenium,Ravesteinum /, i.Bohemia conv.Fr.O.Carm.(prov.German.sup.),fundat.a.1483 a nobilibus de Guttenstein;destructus a.1532 occasione insurrectionis Bohemorum.

Martini,Deutsch.Karm.,II.56o;

R E A D I N G, / Pontes /,i.Anglia (Berks,dioec.Portsmouth) monast.Mon.C.D.,tit.Praesentationis;fundat.a.1926,sub jurisd. Ordinarii.

Nov.Cat.

R E A D I N G, i.America sept.(U S A.,Pennsylvania,co.Berks) monast.Mon.O.Carm.,fundat.a.1931 (Rescr.S.C.24.III.1931)

Il M.Carm.,XVII (1931),117;

R E C A L M U T O, / Recalmutum,Rahialmutensis,Sergentium/ i.Sicilia (prov.& dioec.Agrigento)

conv.Fr.O.Carm.(prov.S.Angeli),fundat.a.1550 (iuxta Ventimiglia), si vero est idem ac "Rahialmutense coenobium",uti habet Lezana, fundat. esse dicitur a.1270;periit suppressione saec.XIX.

Ventimiglia,Carm.Ital.,6; - Lezana,Annales,IV.401;

R E C I F E, i.America merid.(Brasil,Pernambuco,dioec.Recife)

I.conv.Fr.O.Carm.(prov.Bahiae-Pernambuco),fundat.a.1663 a Patribus Lusitanis e conv.Olinda,cum reforma R Turonensi,sub tit. "Nossa Senhora do Desterro";sed a.1675,ordine gubernii,derelictus; ab a.1690 nov.conv.exstruitur,qui adhuc existit.

Anal.O.Carm.,I.649,664; - Il M.Carm.,III (1917),50;1923,30

Convento e Basilica do Carmo de Recife.(Recife 1939)

II.conv.Fr.C.D.(prov.Lusitan.),fundat.a.1698;suppressus a.1834; in ecclesia cultus sacer perduravit usque hodie medio III.Ordine.

Silverio,Carm.Desc.,XI.80;

III.monast.Mon.C.D.,fundat.a.1926 e monast.Petropolis;est in unione prov.Romanae.

R E F O R M A E in Ordine Carmelitarum

1) Mantuana, (1413-1733)
2) Albiensis, (1499-1584)
3) Montis Oliveti, (1514-1599)
4)Teresiana, a)Congr.Hisp.,(1562), b) Congr.Ital. (1600)
5) Turonensis,seu Rhedonensis,i.Gallia, (1608 - 1792)
6) Montis Sancti,i.Sicilia, (1645 - 1866)
7) Scala Paradisi,i.Sicilia, (1724 - 1866)

(Vide de unaquaque proprio loco)

R E G A L B U T O, / Recalbutum /,i.Sicilia (prov.Castrogiovanni) conv.Fr.O.Carm.(prov.S.Alberti),fundat.a.1610;suppressus a.1652 decreto Innocentii X.;sed paulo post Ordini restitutus;periit suppressione saec.XIX.

Ventimiglia,Carm.Ital.,3; - Bull.Carm.,II.710;

R E G E N S B U R G, / Ratisbona /, i.Germania (Bayern,dioec. Regensburg)

I.conv.Fr.O.Carm.(prov.German.sup.),fundat.vers.1300 (confirmatur a Clemente V.,17.XI.1311) confirm. ab Imperat.Ludovico Bavarico,21.III.1330),apud eccl.S.Oswaldi;sed a.1367 conv. iste, ob graves dissensiones cum Episcopo Konrado de Hainsberg,derelictus fuit ac translatus in civit. Straubing;ecclesia vero a.1553 Protestantibus traditur,estque usque modo in manibus eorum.

Martini,Deutsch.Karm.,II.357/8; - Bull.Carm.,I.56;

II.conv.Fr.C.D.(prov.Colonien.,dein ab a.1740 Bavaricae), tit.S.Joseph;fundat.a.1635 ab Imperatore Ferdinando III. apud eccl.S.Leonardi;nov.conv.,in centro civitatis,cum ecclesia, inauguratus est,assistente ipso Imperatore,24.VIII.1641;tempore saecularizationis primum ecclesia fuit evacuata,3.XI.1810,dein conv. suppressus,19.VI.1811,translatis Religiosis ad monast. S.Augustini;at licentia Ludovici I.,Regis Bavariae,conventus fuit ~~xxxxxxxxxx~~ restitutus,a.1836,et ecclesia 21.XI.1836 denuo consecrata;ab a.1839 est iterum Prioratus.

Enchiridion,169; - AG.115,n (hist.conv.);

Adalbert,C.D.,Kirche u.Kloster St.Josef der unbeschuhten Karmeliten in Regensburg.(Regensburg 1930)

II.conv.Fr.C.D.(prov.Bavaricae),tit.S.Teresiae; fundat. resp. inauguratus 24.VIII.1900 (Rescr.S.C.pro erect. can.23.XII.1898),in parte suburbana civitatis quae vocatur Kumpfmühl;eccl. consecratur 27.VIII.1900;

Anal.C.D.,VI.271; - Reg.Rescr.XXVI.16/7 (1898);

R E G E N S B U R G, (contin.)

III.domus principalis Soror.III.Ord.C.D.,vulgo: "Theresiänschwestern",fundata 2.I.192o,in via "Landshuterstrasse",ac separata deinde ab aliis domibus Austriae;aliae domus huius Instituti sunt in :Flossenbürg,Regensburg-Schwabelweis,Hainsacker,Marklkofen,omnes in dioec.Ratisbonensi,constitutae in propriam provinciam (1932).

R E G G I O di Calabria, / Rhegium Julium /

i.Italia merid.(Calabria,prov.& dioec,Reggio)

conv.Fr.O.Carm.(prov.Calabriae),fundat.vers.143o,in hospitali pauperum BM.de Gratia (fundatio confirmatur ab Eugenio IV.,sub 7.IX.1433);periit suppressione saec.XIX.

Ventimiglia,Carm.Ital.,25; - Bull.Carm.,I.187/8;

R E G G I O nell' Emilia, / Regium Lepidi /

i.Italia sup.(Lombardia,prov.& dioec.Reggio - Emilia)

I.conv.Fr.O.Carm.(Congr.Mantuan.),fundat.vers.1375 (iuxta Lezana a.1384)apud cappellam hospitalis pauperum,opera nob.D.Pinoti de Pinotis (facult.apost.pro fundat.16.VIII.1375,et iterum 23.IV. 1377);aggregatus a.1461 Congregationi Mantuanae;periit suppressione saec.XIX.

Vaghi,Comment.,25o/3; - Lezana,Annales,IV.718; -

Bull.Carm.,I.135/6,139/4o; - Ventimiglia,Carm.Ital.,51;

II.monast.Mon.O.Carm.,(Congr.Mantuan.),tit.S.Mariae de Populo; fundat.a.1484 a B.Joanna Scopelli,quae ibi obiit a.1491;apud eccl.S.Bernardi (quae prius erat Ordinis Humiliatorum);periit suppressione vers.18oo.

Vaghi,Comment.,254/7; - Ventimiglia,Carm.Ital.,53;

III.conv.Fr.C.D.(prov.Longobard.),tit.SS.Joseph & Teresiae; fundat.2.III.1683;suppressus vers.18oo vel 181o Supr. 1784

Enchiridion,357; ADS. 2/4/1784

R E G G I O nell' Emilia (contin.)

IV.monast.Mon.C.D.,tit,Desponsationis BV.,sub jurisd.Ordinis; erecta dal Rescr. della S.Congr. de Vescovi e Reg. of 19.VII.1686 sub Ordinis iurisdictione e fundat.12.VI.1689 opera Ven.M.Mariae Franciscae a Spir.S.(d'Este); periit suppressione vers 1800

Enchiridion,366; cfr Federigo de S. Antonio, Vita dell'Illustrissima Madre Suor M. Maria Francesca della SS. ... (Milano 1754) L. 2, c. 6 p. 55-58

R E I C H E N H A L L, i.Germania (O.Bayern,dioec.München)

conv.Fr.O.Carm.(prov.German.sup.),fundat.resp. can.erect.Rescr. S.C.23.VIII.1934,apud eccl. S.Aegidii;

Anal.O.Carm.,VIII.243;

R E I M S, / Rhemi,Remorum civitas /

i.Gallia (Champagne,dép.Marne,dioec.Reims)

I.conv.Fr.O.Carm.(prov.Franciae),fundat.a.1400;suppressus a.1791; post resuscitationem vitae religiosae occupatus a Monialibus C.D. Calahorra,Compend.,102; - Le Carmel.1930/31,p.119;

II.monast.Mon.C.D.,tit.Incarnationis Dni.;fundat.6.III.1633,e monast.Pontoise,sumptibus D.ae Elisabeth de Miremont,viduae baronis de Bouvant (postea Sr.Elisabeth a Jesu);suppressum a.1792; resuscitatum post restaurationem vitae religiosae (post 1814) in antiquo (suppresso) conv.Fr.O.Carm.;florescit adhuc,in via "rue du Barbâtre,9o" (antea "rue de l'Union Foncière").

Enchiridion,155; - Chron.d.Carmélites.V.1/10; - Sarazin,Ch.,Le Carmel de Reims,1633-1924.(Reims 1931); Le Carmel.1930/31,p.118/9;

R E I N O S A, i.Hispania (prov.Santander,dioec.Burgos)

conv.Fr.C.D.(prov.Burgensis),tit...

fundat.resp. inauguratus,una cum ecclesia,23.IV.1939;

Anal.C.D.,XIV.239;

R E I S A C H, /Urfarnium /,i.Germania (O.Bayern,dioec.München) conv.Fr.C.D.(prov.Bavaricae),tit.SS.Teresiae & Joannis a Cr. vita communis initium habuit 13.X.1731 in antiquo castello de Urfarn,quod erat Dñi.Georgii de Messerer,fundatoris;constructo conventu cum ecclesia,Religiosi translati sunt illuc 18.X.1738; ecclesia consecrata est a.1747;suppressus fuit tempore saecularizationis,a.1802;a.1835 conv.denuo apertus fuit,sed pro Fratribus O.S.Fr.,et vocabatur exinde "Reisach";die 2o.VIII.1836 restitutus fuit Carmelitis Disc.;est ab a.1851 Novitiatus.

Enchiridion,489/9o; - AG.115,z[1] :Instrumenta fundat.

Adalbert,C.D.,Kirche u.Kloster der Unbeschuhten Karmeliten in Reisach a.Inn.(Reisach 1932);

Rdm Redemptus a Cr.,Kloster u.Kirche...zu Reisach bei Oberaudorf.(Reisach 1910,1917[3])

R E I T A N O, i.Sicilia (prov.Messina,dioec.Patti) conv.Fr.O.Carm.(prov.S.Alberti),fundat.a.1581;periisse videtur ante a.1764,quia i.Catal.a.1765 non amplius apparet.

Perez,ms.f.156;

R E M E D I O S, i.America centr.(Republ.Panamá,dioec.Panamá) conv.Fr.C.D.(prov.Navarrae),fundat.a.1943 (Rescr.S.C.pro erect. can.11.I.1943).

Anal.C.D.,XVIII.236;

R E N N E S, / Rhedones / i.Gallia (Bretagne,dép.Ile-et-Vilaine,dicec.Rennes) I.conv.Fr.O.Carm.(prov.Turoniae),fundat.a.1448 (facult.apost. pro fundat.24.IV.1449) a B.Joanne Soreth;ibi introducta fuit a.1606 reforma Turonensis (seu Rhedonensis),quae ex hoc conventu dilatata fuit per totam provinciam Turoniae,dein in maiorem partem conventuum Galliae,Belgii,Germaniae;suppressus a.179o conversus fuit in domicilia privata.

R E N N E S, (contin.)

Lezana,Annales,IV.870/1; - Bull.Carm.,I.216/7,II.349/50;
Bibl.Carm.,II.643; - Sernin,Vie du Fr.Jean de S.Samson,384;
II.monast.Mon.O.Carm.(reformae Turonensis);fundat.a.1452,probab.
a B.Joanne Soreth;periit suppressione a.1792.

Calahorra,Compend.,12o;
III.conv.Fr.C.D.(prov.Normandiae),tit.S.Joseph;fundat.a.1687
(vel 1691);suppressus a.179o;recuperatus a.1856;denuo suppress.
a.188o;paulo post iterum resuscitatus

Enchiridion,36o; - Annales d.C.,II.(1881),18o/5;
IV.monast.Mon.C.D.,tit.S.Familiae;fundat.a.1841;est actu in via
"rue d'Antrain,19o" (prius "rue de Fougères")

R E P O S O I R sur Cluses,Le,
i.Gallia merid.(Haute-Savoie,dioec.Puy-en-Velay)
monast.Mon.C.D.,fundat.15.X.1932 in antiquo conv. Carthusianorum
(qui fundat.fuerat a.1151,et suppressus 19o1),ad pedem montis
"Pointe-Percée",e monast.Paray-le-Monial;sub jurisd.Ordinarii.

Le Carmel.1932/3,p.55;

R E Q U E N A, / Requena,Lobetum / i.Hispania (dioec.Cuenca)
conv.Fr.O.Carm. (prov.Castellae),fundat.a.129o (Lezana),vel 1332
(Calahorra);suppressus fuit a.1835;repristinatus a.1917;est hodie
sub prov.Arago-Valentina.

Lezana,Annales,IV.45o/1; - Calahorra,Compend.,11o; -
Anal.O.Carm.,IV.225;

R E U S, / Reddi,Redoli,de Reddis /
i.Hispania (Cataluña,prov.& dioec.Tarragona)
I.conv.Fr.C.D.(prov.Catalon.),tit.S.Joannis Bapt.;fundat.24.I.16o6
(consensus Archiepi.Tarraconen.23.V.16o5,facult.apost.22.VIII.16o6
ab Episcopo de Elna,D.Francisco Robuster y de Sala;suppressus a.
1835 conversus fuit in nosocomium;ecclesia demolita fuit.

R E U S, (contin.)

Silverio,Carm.Desc.,VIII.297/99; -Glorias Teres.de Cataluna p.49/51; - Bull.Carm.,III.357,362/6,374/5,375/6,378/80; II.monast.Mon.C.D.,tit.Conceptionis BMV.;fundat.8.IX.1660 in via "calle de Cervantes",ubi adhuc florescit,quamvis ecclesia a.1936 a marxistis fuerit destructa.

Silverio,Carm.Desc.,X.457/61; - Glorias Teres....,p.568/73;

R E V E R E, / Riperium,de Rivero,Reverense coenob./ i.Italia sup.(Lombardia,prov.& dioec.Mantova,ad flumen Po) conv.Fr.O.Carm.(Congr.Mantuan.),fundat.a.1479,quo primus Prior institutus fuit (conv.datus erat Carmelitis a.1472);periit suppressione ineunte saec.XIX.

Vaghi,Comment.,314/6; - Lezana,Annales,IV.934; - Ventimiglia,Carm.Ital.,51;

R E Y N R O D E, prope Diest, i.Belgio (Brabant) conv.Fratrum Tertiariorum laicorum O.Carm., subjectus Provinciali prov.Flandro-Belg.;existebat saec.XVII./XVIII.

Anal.O.Carm.,I.618;

Re 29110

R I C C I A, i.Italia merid.(prov.Campobasso,dioec.Benevento) conv.Fr.O.Carm.(prov.Neapolitan.),fundat.vers.1250;ecclesia erecta vers.1450;suppressus a.1652 decreto Innocentii X.;

Il M.Carm.,XIV.(1928),235/7; - Bull.Carm.,II.710;

R I E S E N B U R G, pol. P R A B U T, /Prabutensis / i.Germania (Ost-Preussen,distr.Marienwerder) conv.Fr.O.Carm.(prov.Poloniae),fundat.vers.1487;periisse videtur saec.XVI.,forsan tempore "reformationis",quia post a.1600 non amplius apparet.

Lezana,Annales,IV.965; - Anal.O.Carm.,I.482,510;

R I G A D A, eremus,i.Hispania, vide: Hoz de Anero

R I M I N I, / Ariminum /,i.Italia sup.(prov.Forli,dioec.Rimini) conv.Fr.O.Carm.(prov.Romandiolae),fundat.17.V.1573 apud eccl.S. Joannis Bapt.del Borgo;a.1605 Carmelitis concreditur paroecia S.Gregorii ("Borgo S.Bartolomeo");periit suppressione vers.1800.

Ventimiglia,Carm.Ital.,37; - Bull.Carm.,II.336/9; - Il M.Carm.,XII (1926),147/52;

R I O B O M B A, vel B O L I V A R,
i.America merid.(Ecuador,prov.Chimborazo & Bolivar,dioec.Riobomba) monast.Mon.C.D.,tit.SS.Joannis a Cr. & S.Teresiae;fundat.a.1939; est in unione prov.Burgensis.

Nov.Cat.

R I O D E J A N E I R O, / Flumen Januarii /
i.America merid. (Brasil,dioec.Rio de Janeiro)
I.conv.Fr.O.Carm.(prov.Fluminis Januarii),fundat.a.1590 a P.Petro de Vianna,Commissario Gen.Brasiliae,apud cappellam "Praia de Nossa Senhora de O ";a.1761 loco dictae cappellae erecta est ecclesia (quae hodie est subsidiaria ecclesiae cathedralis); a.1808,decreto Regis Portugalliae,in illas partes fugientis, conventus factus est palatium Regis,et Religiosi translati sunt primum in hospitium Capucinorum,dein,a.1810,in suppressum Seminarium episcopale.

Anal.O.Carm.,I.646;,IX.(fasc.I)27; - Il M.Carm.,III (1917),22

II.monast.Mon.C.D.,tit.S.Teresiae;vulgo " Morro de S.Teresa"; fundat.a.1742;adhuc existit in unione prov.Romanae;

III.conv.Fr.C.D.(prov.Romanae),fundat.6.III.1921 in via "Rua Mariz e Barros",ubi fuit erecta cappella;paulo post construitur nov.conventus et ecclesia,inaugurata 18.VII.1926 (Rescr.S.C.pro erect.can.6.X.1926),in hon.S.Teresiae a J.Inf.;ecclesia ista decorata est tit.Basilicae Min. 20.VII.1927.

R I O D E J A N E I R O, (contin.)

Anal.C.D.,I.212,II.64/5; - Il Carm.,XX (1921),164/6; -
Cenni stor.d.Prov.Romana.p.317/8;

IV.monast.Mon.C.D.,tit.S.Joseph;inauguratum 12.III.1926 (Rescr. S.C.pro erect.can.15.XII.1925),fundat.a Sr.Teresia a Jesu (Maria Clara Moreira),in via "Rua Abilio,32",e monast."Morro de S.Teresa";est actu in via "Rua Fabio de Luz,113,Mayer".

Il Carm.,XXV.(1926),194;XXX.(1931),36/7;
Reg.Rescr.XXIX.18o/2 (1925);

V.monast.Mon.C.D.,tit.SS.Trinitatis;fundat.a.1927 in via "Morro N.S^{a} dos Dores" (Rescr.S.C.pro erect.can.12.XII.1927).

Anal.C.D.,I.58;II.181;

R I O G R A N D E, i.America merid.(Brasil,Rio Grande do Sul, dioec.Pelotas)

I.monast.Mon.C.D.,fundat.a.1894;est actu in unione prov.Burgen.

Nom.Cat.1931

II.conv.Fr.C.D.(prov.Burgensis),tit.BM.de M.Carmelo; fundat.18.I.1917 (Rescr.S.C.pro erect.can.2.III.1922);nova conv. inaugurata est 16.II.193o;ecclesia benedicta fuit 22.IV.1938.

Anal.C.D.,XIII.271; - El M.Carm.,193o,p.186;
Act.Praep.Gen.191o/22,p.186;

R I O M, / Riomum,Ricomagus /
i.Gallia (Auvergne,dép.Puy-de-Dôme,dioec.Clermont)

I.monast.Mon.C.D.,tit.Matris Dei;fundat.28.II.1618 e monast. Tours,a Card.Bérulle;suppressum a.1791;resuscitatum a.1818 in pristino conv.Fr.C.D.;denuo suppressum a.19o3,translata fuit communitas in civit.Soignies (Belgii);monast.illud de Riom est ab a.1941,11.XII.,occupatum a Monialibus C.D. de Liesse.

Enchiridion,73; - Chron.d.Carmélites,III.236/8; -
Le Carmel.194o/1,p.158;1941/2,p.56/7;

II.conv.Fr.C.D.(prov.Aquitaniae),tit.S.Teresiae;fundat.a.1643

in antiquo conv. "de la Recluse",in regione "faubourg de l' Hôpital";fuit suppressus a.1791;ab a.1818 occupatus a Monialibus C.D. usque ad a. 1903.

Enchiridion,209; - Louis,Annales,II.199/201;
Le Carmel.1940/41,p.158;

R I O R E A L, i.America merid.(Brasil,Sergipe) statio Miss.Fr.O.Carm.,fundat.vers.1683;unita Vicariae de Bahia & Pernambuco a.1685;non existit amplius.

Il M.Carm.,III.(1917),89;

R I O S E C O, i.Hispania (Castilla Vieja,prov.& dioec.Valladolid) monast.Mon.C.D.,tit.S.Joseph;fundat.2.III.1603 in domo provisoria Dñi.Luis de Gamboa;nov.monast.inauguratur 20.VII.1608;ibique adhuc florescit.

Silverio,Carm.Desc.,VIII.255/57;

R I P A C A N D I D A, i.Italia merid.(prov.Potenza,dioec.Melfi) monast.Mon.C.D.,tit.S.Joseph;sub jurisd.Ordinarii;fundat.vers. 1758;periit suppressione saec.XIX.

AG.121,s (docum.quoad fundat.) AOF XIV, 498

Ripatransone i. Italia sup., vide p. 759 bis

R I V O L I, / Ripulae /,i.Italia sup.(Piemonte,prope Torino) I.conv.Fr.O.Carm.(prov.Pedemontis),fundat.a.1511 a P.Cyrillo de Viconovo,extra muros oppidi;pluries translatus;saec.XVIII.exstructus fuit nov.conv., qui post suppressionem,vers.1801,conversus fuit in nosocomium.

Ventimiglia,Carm.Ital.,49; - Bull.Carm.,I.514/5; -
Il M.Carm.,III.(1917),196;

II.monast.Mon.C.D.,fundat.11.VII.1934 (Rescr.S.C.pro erect.can. 30.XII.1932) translatione communitatis e monast.Marene.

Anal.C.D.,VIII.301; - Il Carm.,1934,p.301;

Rivoli - Religiosi ?

R I V O N I A,i.Africa merid.(Tranvaal,prope Johannesburg) monast.Mon.C.D.,tit.S.Teresiae a J.Inf.;fundat.a.1931 (Rescr. S.C.pro fundat.21.XI.1934)

Anal.C.D.,X.21o; - Hardman,Engl.Carm.,95;

R O A N N E, / Rodumna /,i.Gallia (dep.Loire,dioec.Lyon) monast.Mon.C.D.,fundat.... (saec.XIX) actu existit,sub jurisd.Ordinarii.

R O C C A D' A S P I D E, / Rocca Aspidorum / i.Italia merid.(prov.Salerno,dioec.Capaccio - Vallo) conv.Fr.O.Carm.(prov.Terrae Laboris),fundat.a.161o;periit suppressione saec.XIX.

Ventimiglia,Carm.Ital.,18;

R O C C A D I P A P A, / Arx Papalis / i.Italia centr. (Lazio,prov.Roma,dioec.Albano) domus Soror.III.Ord.C.D. a Corde Jesu (Sittard),fundat.a.19o4 in domo quae fuit olim clarissimi pictoris Overbeck,cum schola et asylo pro infantibus;hic instituta fuit eodem a.19o4 sedes Matris Generalis totius Congregationis,sed a.1915 translata fuit in civit.Sittard (Hollandia).

Heimbucher,Orden & Kongr.d.kath.Kirche.II.92/3;

R O C C A M O N F I N A, i.Italia merid.(prov.Napoli,dioec.Calvi) conv.Fr.O.Carm.(prov.Neapolitan.),fundat.... suppressus a.1652 decreto Innocentii X.

Bull.Carm.,II.71o;

R O C C A S T R A D A, / Rochastrata,Roccensis conv./
i.Italia sup. (Toscana,prov.& dioec.Grossetto)
conv.Fr.O.Carm.(prov.Tusciae),fundat.a.1360 (non 1300,uti habet Lezana;nam in Bulla fundat.,29.III.1360,expresse dicitur"quod vos,qui in civitate ac dioecesi Grossettana nullum locum vestri Ordinis habetis"),donatus a comitibus Santo Fiore;in Cap.Gen. a.1405 dicitur,quod sit quasi totaliter derelictus;sed postea fuit restauratus;fuit suppressus a.1652 decreto Innocentii X.; paulo post restitutus fuisse videtur Ordini,quia in Catal.1765 existit;periit suppressione saec.XIX.

Lezana,Annales,IV.476; - Bull.Carm.,I.106;II.710; - Ventimiglia,Carm.Ital.,40; - Act.Cap.Gen.,I.134,448;

R O C C E L L A V A L D E M O N E, i.Sicilia (prov.Messina) conv.Fr.O.Carm.(prov.S.Alberti),fundat.a.1600;suppressus a.1652 decreto Innocentii X.

Perez,ms.f.168; - Bull.Carm.,II.710;

R O C H E F O R T, / Rupes Fortis,Rupifortium /
i.Belgio (prov.Namur,dioec.Liège)
monast.Mon.O.Carm.,sub jurisd.Ordinis,i.e.prov.Franciae; fundat.a.1626;periisse videtur vers.1796.

Calahorra,Compend.,103;
II.monast.Mon.C.D.,fundat.a.1922 (al.1905);est in unione prov. Brabant.

Cat.1931; - nov.Cat.habet f.1905

R O C H E F O U C A U L D, La, / Rupes Fucaldi /
i.Gallia (Angoulême,dép.Charente,dioec.Angoulême)
conv.Fr.O.Carm.(prov.Aquitaniae),fundat.vers.1329 (facult.apost. pro fundat.26.VI.1329) a comite Guy de la Roche,prope castellum ipsius,ad ripam dexteram flum.Tardoire;fuit ampliatus vers.1445;

tempore belli religionis,a.156o,eccl. fuit funditus eversa, Fratres expulsi e conventu,in quo gymnasium calvinisticum institutum fuit,et bona conv. alienata;ab a.16oo conv.fuit recuperatus et ab a.1626 restauratus;vers.164o ibi fuit introducta reforma Turonensis;imposterum fuit institutum in conv. a Carmelitis collegium,in quo Patres scientias humaniores docuerunt;suppressus fuit a.179o,et ab a.1823 conversus in collegium communale,dein (1826/3o) in seminarium;actu est denuo collegium,eccl. vero,quae adhuc superest,est profanata.

Lezana,Annales,IV.552; - Bull.Carm.,I.554/5; -
Antoine,Carm.en France.VII.171/21o;

R O C H E L L E,La, / Rupella,Rupecula /
i.Gallia (Aunis,dép.Charente-Inf.,dioec.La Rochelle)
I.conv.Fr.O.Carm.(prov.Turoniae),fundat.a.1294 in suburbio civit.; tempore belli 1oo annorum,(vers.135o) eccl. et conv. fuerunt destructa ab exercitu Anglorum;intra civit. translatus (facult. apost.pro translat.9.VII.1347) in platea "Perroti",fuit a.157o conv.iterum a Calvinistis depraedatus et in officinam negotiationis commutatus;qua paulo post igne consumpta,nov.conv.erigitur vers.16oo,in quem reforma Turonensis invecta est vers.162o (?); suppressus fuit a.179o.

Lezana,Annales,IV.462/3; - Bull.Carm.,III.56,97; -
Etud.Carm.,IX.(1924),72;

II.monast.Mon.C.D.,tit.SS.Trinitatis;fundat..... (saec.XIX.) actu existit in via "rue St.Dominique",sub jurisd.Ordinarii.

Nov.Cat.

R O C H E S T E R, i.America sept.(U S A.,New York,dioec.Rochester) monast.Mon.C.D.,tit.BM.de M.Carm. & S.Joseph;fundat.19.VI.193o (Rescr.S.C.pro erect.can.9.I.193o),e monast.Philadelphia;est actu in via "153o East Ave", sub jurisd.Ordinarii.

Anal.C.D.,V.53;

R O C H E T T E, La, / Rupecula /
i.Gallia merid.(Savoie,arrond.Chambéry,dioec.Chambéry)
conv.Fr.O.Carm.(prov.Provinciae),fundat.a.1329 a nobilibus DD. Guique et Pierre,dominis loci;extra conv. Carmelitis concredita erat directio hospitalis pro curandis infirmis,prope conv.,necnon directio scholae;ecclesia constructa fuit a.1460,et nov.conv. absolutus est a.1488;suppressus est a.1796,quo Savoya (usque eo ad Italiam pertinens)unita fuit Galliae;ecclesia,quae adhuc superest,facta est eccl.parochialis,et conv. adhibetur ut domicilium parochi.

Antoine,Carm.en France.V.171/92; - Lezana,Annales,IV.962

R O D A, La, / Virgao /,i.Hispania, vide: La Roda

R O D E L L O, vel Rodella,i.Italia sup.(Piemonte,prov.Cuneo,)
conv.Fr.O.Carm.,(prov.Lombard.),fundat....
suppressus a.1652 decreto Innocentii X.

Bull.Carm.,II.710;

R O D E Z, / Segodunum,Rutenum / i.Gallia (Aveyron,dioec.Rodez)
I.conv.Fr.O.Carm.(prov.Tolosae),fundat..... (a.incerto),certe exstitit a.1514,quo Legati Apost. insistunt apud Provincialem prov.Tolosae quoad reformationem "conventus Ruteni";in Catal.1765 non amplius apparet.

Act.Cap.Gen.,I.288,n.6;
II.monast.Mon.C.D.,tit.S.Teresiae;fundat.14.X.1825;adhuc existit, sub jurisd.Ordinarii.

Le Carmel.1925/6,p.40;

R O E B U C K - Dundrum,i.Hibernia (co.Dublin,dioec.Dublin)
monast.Mon.C.D.,tit.Immac.Conceptionis;fundat.a.1830;adhuc existit sub jurisd.Ordinarii.

Nov.Cat.

R O E D E L M A I E R, i.Germania (U.Franken,dioec.Würzburg, prope civit.Neustadt a.Saale)
monast.Mon.C.D.,tit.Reginae Pacis,sub jurisd.Ordinarii; fundat.vers.1919,quo transfertur communitas e monast.Neubistritz (Bohemia),fundat.a.1914),in locum Roedelmaier,per M.Gabrielem a SS.Sacr.(Hedw.v.Liszt).

R O E R M O N D, / Ruremunda /,i.Hollandia (dioec.Roermond)
monast.Mon.C.D.,tit.SS.Teresiae et Joannis a Cr.,sub jur.Ordinis; fundat.5.VII.1697 a nob.virg.Maria Teresia de Hane,Gandavensi, e monast.Bruxelles et Bruges;fuit primum in unione prov.Flandro-Belg.,dein Brabantiae;fuit suppressum 1783 (~~vers.18oo~~) reasscitatum,sub tit.Immac.Conceptionis,a.1881,quo Moniales Carmeli Nussiani (v.Neuss),a.1875 suppressi,e loco Parloo (Hollandia),quo se primum post suppress. receperant,illuc translatae sunt;monast. est ab a.1935 sub jurisd.prov.Hollandiae (prius Bavariae);estque in via "Venlosche Weg".

Enchiridion,395; - Renata,Friedenskönigin.16o/1,167;

Hospitium AOC VIII, 173; XIV, 475

R O G I T A N O, / Rugitanum /,i.Sicilia
conv.Fr.O.Carm. (prov.S.Alberti), fundat..... ?
suppressus a.1652 decreto Innocentii X.

Bull.Carm.,II.71o;

R O M A, i.Italia,

A.Conventus & monasteria Ord.Carm.a.obs.

I.conv.Fr.O.Carm.,tit.S.Juliani,vulgo "San Giuliano ai trofei di Mario",(Esquilino,ubi est hodie "Piazza Vittorio Emmanuele") fuit primus conv.O.Carm.Romae,conceditur Carmelitis tempore S.Angeli M.,vers.1219;declaratur suppressus a.1652 decreto Innocentii X.,sed paulo post restitutus esse videtur Ordini;derelictus fuit definitive a.1783 ac a PP.Congr.SS.Redemptoris emptus; ecclesia demolita fuit a.1874;

Anal.O.Carm.,III.184; - Bull.Carm.,II.710; -

Armellini,Le Chiese di Roma (1891),810/11;

II.conv.Fr.O.Carm.,tit.SS.Silvestri & Martini,vulgo "San Martino ai Monti" (Esquilino),fundat.1.V.1299,quo concreditur Carmelitis a Bonifatio VIII. antiquum monasterium SS.Silvestri & Martini , quod prius fuerat Ord.S.Benedicti,ibique institutum fuit studium theologicum;a.1435,occasione insurrectionis populi Romani devastatus fuit conv.; restauratus,fuit a.1527 ("sacco di Roma") cum conversus in castellum militiarum,sicut et iterum a.1799 ab invadentibus Gallis;a.1814 restauratus,est nunc ibi,apud Basilicam, parochia,Carmelitis concredita;conv. erat temporibus antiquis, usque ad a.1587 ca.,sedes Curiae Generalis;a.1759 fuit incorporatus provinciae Romanae.

Lezana,Annales,IV.468,744,867; - Bull.Carm.,I.52; -

Il M.Carm.,IV.(1918),222/23; - Anal.O.Carm.,III.184/5;

III.conv.Fr.O.Carm.,tit.S.Mariae in Traspontina (al.in Turrispadina,Transpadina,in capite porticus) fundat.antiquitus,13.XI.1484,apud Castellum S.Angeli,in "Burgo S.Petri in Tuscia",licentia Innocentii VIII.;ibi demolitus fuit conv.,ad ampliationem dicti castelli,et nov.conv.constructus in via "Borgo Nuovo",ab a.1565,ubi inauguratus fuit a.1587 (fac. apost.pro translat.6.II.1587);ibique constituta fuit imposterum sedes Curiae Generalis;Constitutione 2o.VII.1668 conceditur ~~Collegio S.M.Transpontin~~

R O M A, (contin.)

